

# ACTA APOSTOLICAE SEDIS

## COMMENTARIUM OFFICIALE

*Directio:* Palazzo Apostolico – Città del Vaticano – *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

## ACTA FRANCISCI PP.

### CONSTITUTIO

### CALICUTENSIS

**In India nova Provincia Ecclesiastica Calicutensis appellanda conditur eademque Sedes ad dignitatem Ecclesiae Metropolitanae evehitur.**

FRANCISCUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

INCOMPARABILIS MAGISTER noster imagine agricolae patientiae est usus, ut mysteriorum Regni Dei particulam exprimeret, cum de homine dixit qui seminavit in terram. Quamvis agricola dormiret et exurgeret nocte et die, semen germinavit et increvit. Ultro enim terra fructificavit, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica (cfr *Mc* 4, 26-28). Similiter divina gratia ab humilibus initiis annorum decursu quaedam communitates ecclesiales creverunt et floruerunt.

Proinde, Catholicae Ecclesiae in India spectantes incrementa, ut eadem firmius roboretur, suadente Dicasterio pro Evangelizatione, prosperis prae-habitis sententiis Conferentiae Catholicorum Episcoporum Indiae et Venerabilis Fratris Leopoldi Girelli, Archiepiscopi titularis Capritani ibidemque Nuntii Apostolici, reque mature perpensa, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, decernimus ac statuimus, ut, integris a metropolitana sede Ve-

rapolitana detractis territoriis dioecesium Calicutensis, Kannurensis et Sultanpetensis, nova ex iisdem CALICUTENSIS nuncupanda Provincia Ecclesiastica erigatur, in qua eandem ecclesiam Calicutensem ad gradum et dignitatem Ecclesiae metropolitanae omnibus cum iuribus, privilegiis et praerogativis ad normam canonum extollimus, cui suffraganeas subiciendas disponimus dioeceses Kannurensem et Sultanpetensem.

Calicutensem hactenus Sacrorum Antistitem, Venerabilem Fratrem Varghese Chakkalakal, ad officium Archiepiscopi Metropolitanae novae Provinciae Ecclesiasticae promovemus omnibus cum iuribus, facultatibus et obligationibus, quae huic muneri ad normam iuris competunt. Ad quae omnia, uti supra disposita et constituta, executioni mandanda Venerabilem deputamus iam memoratum Fratrem Leopoldum Girelli, eidem tribuentes necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi ad effectum, de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, imposito onere genuinum mittendi cum primum fas erit ad Dicasterium pro Evangelizatione peractae executionis exemplar.

Optamus vero ut cuncti novae Provinciae Ecclesiasticae fideles, sub peculiari suavissimae Deiparae praesidio collocati, renovatis viribus novoque studio peculiarem dilectionem erga Christi Ecclesiam et Evangelium demonstrent atque fidei alacritate in hodiernis adiunctis emineant. Hanc denique Constitutionem Nostram iugiter ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, Laterani, die duodecimo mensis Aprilis, Anno Sancto bismillesimo vicesimo quinto, Pontificatus Nostri tertio decimo.

PETRUS Card. PAROLIN  
*Secretarius Status*

ALOISIUS ANTONIUS Card. TAGLE  
*Pro-Praefectus Dicasterii  
pro Evangelizatione*

Brennus Ferme, *Proton. Apost.*  
Villemus Millea, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

*In Secret. Status tab., n. 670.528*

**LITTERAE APOSTOLICAE****I**

**Venerabili Dei Servae Luciae ab Immaculata caelitum Beatorum tribuitur dignitas.**

**FRANCISCUS PP.**

Ad perpetuam rei memoriam. — «Deus esse debet meum bonum, meus thesaurus».

Venerabilis Dei Serva Lucia ab Immaculata, saeculari nomine Maria Ripamonti appellata, dulce in se recepit Domini iugum: liberaliter ad vitam consecratam accipiens vocationem, servire exoptavit et in novissimo loco manere. Deo se tradens, congruenter id tenuit quod Mater Fundatrix sancta Maria Crucifixa Di Rosa dicere solebat: “Ancilla Caritati venundatur”. Penitus divinae voluntati se tradidit per totam vitam, usque ad perfectam immolationem coram dolenti morbo, fideliter sereneque oboediens, proximo se tradens usque ad sui totam oblivionem.

In oppido Acquate, Leuciis Italiae, die XXVI mensis Maii anno MCMIX ex altero matrimonio Ferdinandi patris et matris Ioannae Pozzi nata est. In paroeciali templo sanctorum Georgii, Catharinae et Aegidii Baptismum recepit. Studioso parrocho patruo moderante, inde a puella magnum in Dominum ostendit amorem. Anno MCMXVIII, ut frequentem familiam adiuveret, scholam deseruit et primum apud filificium operari coepit, postea apud officinam lampadium electricarum. Eodem tempore paroeciali operae auxilium tulit, in oratorio et Actionis Catholicae ad normas: quae sunt ratio et famulatus, meditatio et sacrificium. Multum est operata in Consociatione Filiarum Mariae et laetanter in eiusdem sollemnitatibus vestem gestabat. Quaedam incommoda progrediente tempore passa est, scilicet paupertatem, familiares quaestiones, usque tamen magna tranquillitate ac liberalitate suffulta. In cotidiana precatione, in silentio ac sacrificio se comparavit ad Domino vocanti respondendum, quod usque clarius percipiebat. Venerabilis Serva Dei, re

mature perpensa, die xv mensis Octobris anno MCMXXXII, in memoria sanctae Teresiae a Iesu, Institutum Ancillarum a Caritate Brixiae est ingressa, “cum cuperet solummodo se sanctam fieri, mox sanctam, praeclaram quidem sanctam”. Anno MCMXXXV temporaria vota nuncupavit, nomen sibi indens sororem Luciam ab Immaculata. Die XIII mensis Decembris anno MCMXXXVIII perpetua vota nuncupavit, apud Principem Domum, ubi presbyteris inservire perrexit, qui spiritalia annua exercitia pro religiosis agebant. Laeta ac liberalis recipiebat et iuvabat quotquot subsidio indigebant, Instituti pultantes ianuam, maxime cum, secundo exstante mundano bello, id multorum factum est perfugium. Post aliam discretionem a spiritali moderatore et ab Antistita Generali Instituti licentiam obtinuit vota nuncupandi, “victima ad fratrum salutem”. Prudentia, modestia, oboedientia eminebat, ita ut exemplar fieret sororibus ac laicis, qui ad eam accedebant, suas aegritudines manifestantes. Omnibus animum addidit, subsidium obtulit, Domino se committens, ut optiora reperiret instrumenta ad urgentioribus corporis spiritusque necessitatibus subveniendum illorum quos cotidie conveniebat. Nonnullos iuvenes opere carentes iuvit ut opus invenirent, sequestrem se faciens inter opera praebentes. Sua adiumenta senioribus quoque sororibus Principis Domus praestitit, earum morbos curans amabiliter. Peculiari animi affectione et observantia indigentibus familiis occurrebat, quibus necessaria ad honeste vivendum suppeditabat.

Venerabilis Serva Dei iterare solebat: “optimum est animae facere quod ab ea expetit Deus, nam eius spiritale aedificium alto ac solido humilitatis fundamento sustentatur”. Sic, licet communitati perquam efficacem praeberet famulatum, Venerabilis Serva Dei silens et in evangelica simplicitate vixit, ex toto reperiens, in obiurgationibus quoque et emendationibus, instrumentum ut se exinaniret et ad sanctitatem progrederetur. Carcinomate iecoris correpta, tranquillitatem servavit, conscia se blande ac gratuito a Deo amari; officium animadvertit illi visui respondendi, qui eam ceperat et a quo numquam se subduxit, simplicitate veritateque confitens suis postremis morbi annis: “Mea in vita oculos in Deum defixos usque habui”. Die IV mensis Iulii anno MCMLIV Brixiae Italiae requietis domi obiit.

Venerabilis Servae Dei sanctitatis fama effecit ut Archiepiscopus Brixien-  
sis dioecesanam Inquisitionem incoharet, quae a die 1 mensis Iunii anno  
MCMXCIII ad diem XXX mensis Maii anno MCMXCV acta est. Positione comparata,  
Consultores theologi, in Congressu peculiari die XI mensis Februarii anno  
MCMXCV coadunati, favens suffragium tulerunt et Patres Cardinales et Epi-  
scopi, in Sessione ordinaria die XXVII mensis Februarii anno MMXVII, heroicas  
putaverunt virtutes cardinales iisque adnexas Venerabilis Servae Dei, ita  
Nos Ipsi facultatem fecimus ut Congregatio de Causis Sanctorum congruum  
Decretum ederet. Beatificationis causa insuper asserta quaedam mira sanatio  
exhibita est, quam Medici consultores eiusdem Congregationis, in sessione  
die V mensis Iulii anno MMXVIII, inexplicabilem ad scientiam iudicarunt.  
Consultores theologi, in Congressu peculiari die XVIII mensis Octobris anno  
MMXVIII, Venerabilis Servae Dei intercessionem eam tribuerunt atque Patres  
Cardinales et Episcopi, in sessione ordinaria die XVI mensis Aprilis anno  
MMXIX, eam verum miraculum iudicarunt. Die XIV mensis Maii anno MMXIX  
Nos Ipsi facultatem fecimus ut Congregatio de Causis Sanctorum congruum  
decretum de miraculo evulgaret atque statuimus praeterea ut beatificationis  
ritus Brixiae Italiae die XXIII mensis Octobris anno MMXXI celebraretur.

Hodie igitur ex mandato Nostro, Marcellus S.R.E. Cardinalis Semeraro,  
Praefectus Congregationis de Causis Sanctorum, Apostolicas legit Litteras  
quibus Nos in Beatorum catalogum rettulimus Venerabilem Luciam ab Im-  
maculata:

Nos, vota Fratris Nostri Petri Antonii Tremolada, Episcopi Brixien-  
sis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifi-  
delium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, aucto-  
ritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabilis Serva Dei Lucia  
ab Immaculata (in saeculo: Maria Ripamonti) religiosa professa Instituti  
Ancillarum Caritatis, quae, cotidiana simplicitate Christi caritatem testata  
est et in infirmitatibus fide Crucem eius amplexa est, Beatae nomine in  
posterum appelletur atque die tricesima mensis Maii quotannis in locis et  
modis iure statutis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus  
Sancti.

Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, Laterani, sub anulo Piscatoris, die XXIII mensis Octobris, anno MMXXI, Pontificatus Nostri nono.

*De mandato Summi Pontificis*

PETRUS Card. PAROLIN

*Secretarius Status*

Loco ☒ Plumbi

*In Secret. Status tab., n. 554.227*

## II

**Venerabili Servae Dei Armidae Barelli caelitum Beatorum tribuitur dignitas.**

## FRANCISCUS PP.

Ad perpetuam rei memoriam. — «Dominum meum habens in corde, toto obviam orbi eo et pro comperto habeo me cum Eo semper victuram esse. Minime angor animo: de omni difficultate Ille aget» (*Ex scriptis*).

Venerabilis Dei Serva Armida Barelli admodum altam fecit fidei electionem, in novitate saeculi xx millennii praeteriti actam, simulque magnam cum Ecclesia experta est consuetudinem, sociato munere ac oboedientia fultam.

Mediolani e locupleti familia die I mensis Decembris anno MDCCCLXXXII nata est. Prima domi effecit studia, sed minime rebus spiritualibus est initiata. Deinde in sorores sanctae Ursulae transiit atque inter annos MDCCCXCV et MCM apud sorores sanctae Crucis oppidi v.d. *Menzingen* didicit, magisterii diploma consequens ac germanici sermonis. Talibus in adiunctis, Dominum noscere et diligere coepit. Mediolanum cum est reversa, aliquae erant ei occasiones propriam conficiendi familiam, sed alia erat ei vocatio, quam ob rem ad pietatis operas se contulit in pupillos parentibus orbatos et in vincula coniectorum filios. Anno MCMIX Domino se dedit, privatum nuncupans castitatis votum. Sequenti anno consuetudinem cum patre Augustino Gemelli iunxit, qui eam ad Tertium Ordinem Sancti Francisci vertit, feracem quidem consociatam inchoans operam. Varia inter negotia est Italicorum militum consecratio sacro Cordi Iesu in primo bello mundano.

Anno MCMXVII Archiepiscopus Mediolanensis, beatus Andreas Carolus S.R.E. Cardinalis Ferrari, eam invitavit ad ortivum iuvenum mulierum motum femininum catholicum comitandum. Sic exstiterunt primi circuli feminae iuventutis Actionis Catholicae, qui etiam in aliis dioecesibus in Italia futuri erant. Anno MCMXVIII Benedictus XV Papa praesidis vicariam eam nominavit Consociationis Mulierum Catholicarum Italicarum. Totam peregrinata est in Italiam, colloquia congressusque varios ad gradus componens, sed etiam sociales hebdomadas, peregrinationes, culturae et institutionis curricula. Magnopere favit actioni feminae catholicae ad Internationalia Foedera pertinenti; uti soror maior a feminis iuvenibus est existimata. Die XIX mensis Novembris anno MCMXIX Assisii una simul cum aliquot mulieri-

bus amicis laicalis consecrationis novam inchoavit formam, deinceps a Pio XII Papa comprobata post Constitutionem Apostolicam *Provida Mater*, ita ut Institutum Saeculare Missionariorum Regalitatis Domini Nostri Iesu Christi inciperetur, quod multis in nationibus adest. Litterae Apostolicae *Maximum illud* instinctu, missionalem femininae iuventutis actionem in Sinis inchoavit, operam cum missionariis Episcopis ordinis sancti Francisci consocians. Una cum Reverendo domino Aloisio Olgiati et Venerabili Ludovico Necchi operam cum patre Gemelli consociavit ad institutionem Universitatis Catholicae Sacri Cordis Iesu peragendam, quae anno MCMXXI evenit. Condidit etiam societatem amicorum amicarumque Universitatis et, Pio XI Papa approbante, diem quoque Universitatis ad pecuniam colligendam variis in dioecesibus. His in adiunctis instituta est ipsa officina libraria “Vita e Pensiero” vulgo nuncupata.

Anno MCMXXIX Operam Regalitatis Domini Nostri Iesu Christi composuit ad vitam liturgicam in paroeciis diffundendam, christologica spiritualitate effecta. Firma cum diligentia in viam sanctitatis procedebat, vitam christianam benigne atque cum perseverantia ac gaudio exercens, multos alios ducens homines. Spirituale eius augmentum, peractione Dei voluntatis fultum, fructiferum pro bono Ecclesiae evasit ob dotes quas receperat. Eius spiritualis vita et apostolica actio Eucharistia, Dei verbo, liturgia, pietatis devotionibus Sacro Cordi Iesu et Immaculae curabantur. Apostola fuit omnibus patefactae sanctitatis, officia quotidiana apte multiplicibusque intervenientibus obligationibus adimplens. Munera quoque absolvit erga parentes, affines sociosque, parata ad res attento animo considerandas atque curandas. Fiducia in divinam Providentiam innisa, in fide et spe dives ambulavit.

Iam anno MCMXII scribere solebat: «Contra spem in spe credo (cfr *Rom* 4, 18) Deum ad sanctitatem me perducere. Dominum meum habens in corde, toto obviam orbi eo et pro comperto habeo me cum Eo semper victuram esse. Minime angor animo: de omni difficultate Ille aget». Anno MCMXLVI Venerabilis Servus Dei Pius XII eam praesidis vicariam generalem Actionis Catholicae Italianae nominavit; paucis post annis, gravis erupit morbus, quo sese in fide ac paenitenti spiritu obtulit. Martii apud Barentium mortem obiit die xv mensis Augusti anno MCMLII. Omnibus servatis rebus iure servandis, Inquisitio dioecesana ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per Decretum diei iii mensis Aprilis anno MCMXCII est approbata. Theologi Consultores, in Congressu Peculiari Theologorum Consultorum adunati die



xxiii mensis Septembris anno mmv, favens super heroum in modum exercitis virtutibus dederunt suffragium pariterque Patres agnoverunt Purpurati et Episcopi Ordinaria in Sessione diei xvi mensis Ianuarii anno mmvii. Decretum super heroicis virtutibus die i mensis Iunii anno mmvii est promulgatum. Ad Beatificationem, Causae Postulatio iudicio huius Congregationis miram quandam sanationem, intercessioni Venenerabilis Servae Dei tributam, subiecit. Medicorum Consilium Congregationis de Causis Sanctorum diei xxi mensis Februarii anno mmxix talem sanationem declaravit ex scientiae legibus inexplicabilem fuisse. Consultores Theologi, Peculiari in Congressu diei v mensis Decembris anno mmxix, eam intercessioni Venerabilis Servi Dei tribuerunt. Patres Cardinales et Episcopi Ordinaria in Sessione diei xxv mensis Aprilis anno mmxx eam verum iudicaverunt esse miraculum. Nosmet Ipsi, igitur, concessimus, ut Congregatio de Causis Sanctorum Decretum super miraculo die xx mensis Februarii anno mmxxi promulgaret itemque statuimus ut eius Beatificationis ritus Mediolani celebraretur die xxx mensis Aprilis anno mmxxii.

Hodie igitur Mediolani de mandato Nostro Venerabilis Frater Noster Marcellus S.R.E. Cardinalis Semeraro, Praefectus Congregationis de Causis Sanctorum, textum Litterarum Apostolicarum legit, quibus Nos Venerabilem Servam Dei Armidam Barelli, Tertii Ordinis Sancti Francisci sodalem atque Confundatricem Instituti Saecularis Missionariorum Regiae Dignitatis Christi in Beatorum numerum adscribimus:

Nos, vota Fratris Nostri Marii Henrici Delpini, Archiepiscopi Metropolitae Mediolanensis necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabilis Servus Dei Marius Ciceri, sacerdos dioecesanus, ardens educator iuvenum, infimorum et pauperum mitis defensor, necnon Venerabilis Serva Dei Armida Barelli, Tertii Ordinis Sancti Francisci sodalis, Confundatrix Instituti Saecularis Missionariorum Regiae Dignitatis Christi, assidua testis et fautrix christiani apostolatus in famulatu Ecclesiae et societati, Beatorum nomine in posterum appellentur atque alter die decima quarta mensis Iunii, altera die undevicesima mensis Novembris quotannis in locis et modis iure statutis celebrari possint. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Clara haec christifidelis laica diligentem ostendit spiritalem progressum atque insignia dedit pietatis testimonia. Dum illius conspiciamus vitam, quae

Redemptorem hominum etiam variis in difficultatibus fideliter est secuta praeceptum caritatis assidue servans, ad altiore usque in cotidiana vita imitationem Salvatoris incitatur atque iter ad sanctitatem cotidiana in vita sedule, prompte et vigilanter prosequendum Domini vocem humiliter auscultantes.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuscumque rebus minime obstantibus.

Datum Romae, Laterani, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Aprilis, anno MMXXII, Pontificatus Nostri decimo.

*De mandato Summi Pontificis*

PETRUS Card. PAROLIN

*Secretarius Status*

Loco ☒ Plumbi

*In Secret. Status tab., n. 582.067*

## III

**Venerabili Servo Dei Iosepho Rossi caelitum Beatorum tribuitur dignitas.**

## FRANCISCUS PP.

Ad perpetuam rei memoriam. — «Quoniam superbi insurrexerunt adversum me, et fortes quaesierunt animam meam et non proposuerunt Deum ante conspectum suum» (*Ps* 54, 5).

Sacrificii vitae exemplum, a Venerabili Dei Servo Iosepho Rossi ad imaginem Iesu pastoris boni confectum, bene Psalmistae invocatio absolvit. Cum autem gregem sibi concreditum apostolico zelo duxisset, numquam eum deseruit ne tenebrosioribus quidem horis, pro eo suum effundens sanguinem.

Varalli Pombiae die III mensis Novembris anno MCMXII e familia penitus christiana modesto loco ortus, Baptismo sequenti die X mensis Novembris in templo paroeciali ablatus est.

Anno MCMXXV Seminarium dioecesanum Novariense est ingressus, studiorum diligentia, orationis spiritu, humilitate atque animi lenitate antecellens. Die XXIX mensis Iunii anno MCMXXXVII presbyteratu auctus, insequenti anno Servus Dei curio paroeciae Sancti Godehardi Episcopi est renunciatus montano Vallis Antiascae in Calasca-Castellione Oscellensium viculo. Hic aliquos sex ac semissem annos suam pastorem navavit missionem, spiritualibus fecundam fructibus. Venerabilis Dei Servus iuvenum institutioni praecipue operam dedit necnon sociorum Actionis Catholicae moderationi spiritali, bonos excoluit libros edendos et loci Conferentias sancti Vincentii de Paul duxit, quae pauperibus aegrotisque corporis ac spiritus adiumenta praestabant, nihil admodum nuntium Dei verbi omittens.

Secundo mundano bello flagrante fidelium parociae sollicitudines adlevavit, diligenti agens consilio et Rei publicae decertantes partes fugiens.

Bello exeunte regio illa contentionum sedes facta est inter bellatorum tectorum et lictorum partes. Quidam rei publicae illius loci notabiles ex oppidulo demigraverunt, sed curio haud eos secutus est, qui cum fidelibus suis manere voluit.

Post indutias diei VIII mensis Septembris anno MCMXLIII, Germanicae copiae gradatim recesserunt transeuntes Vallem Oscellensium. Ad obtigendum eorum discessum cohors Rei publicae Salodii adhibita est, quae valde actiosa se praebuerat in Regione Romandiola, ubi condita erat ad lictoriam partem diffundendam simulque dissentientes comprimendos. In hunc manipulum extremae cohortis partes confluxerunt, sua crudelitate insignes, odio quoque in Ecclesiam atque iniuriis in clericos.

Die XXVI mensis Februarii anno MCMXLV pars illius cohortis subitanea oppugnatione per bellatores tectos percussa est apud Calascam-Castellionem Oscellensium. Contra quos statim repugnaverunt milites, propinquas devastantes domus, cives deprehendentes, quorum aliquos obsides comprehenderunt. Inter quos ipse Venerabilis Dei Servus erat, qui custodiae tempore haud praetermisit alios captivos confirmare. Cum etiam minime implicati essent accessu bellatorum tectorum, omnes fere eodem die sunt dimissi. Venerabilis Dei Servus paroecialem domum potuit redire, ubi manere voluit, quamvis mulier quaedam paroeciae eum fecit certiore de consilio, tempore eius custodiae audito, secundum quod milites statuerunt occidere eum, qui statum clericalem repraesentabat cui ipsi penitus adversabantur.

Eodem ipso vesperi, cum cenabat, ille ablatus est a nonnullis extremae cohortis celatimque in solitariam convallem deductus, quo efferate ictus est telisque ignivomis confectus. Ibi carnifices obruere eum, ubi nudis manibus foveam coegerant eum fodere.

Funeribus exactis, Venerabilis Dei Servi exuviae in coemeterio Varalli Plumbiae, soli natalis eius, tumulatae atque die XXII mensis Septembris anno MCMXCI translatae sunt in templum paroeciale Calascae-Castellione Oscellensium, in quo etiamdum iacent. Ad locum caedis fabricatum est sacellum, quod fideles cives “martyrium” nuncupaverunt, statim Venerabilem Servum Dei verum fidei habentes martyrem.

Fama martyrii perdurante, Inquisitio dioecesana inita est, quae apud Curiam episcopalem Novariensem a die XXII mensis Septembris anno MMII ad diem VII mensis Martii anno MMIV celebrata est. Cuius iuridica de validitate haec olim Congregatio de Causis Sanctorum die X mensis Martii anno MMVI decretum emisit. Die IX mensis Decembris anno MMXXI Peculiaris

Consultorum Theologorum Congressus favorabile emisit ad martyrium in odium fidei agnoscendum votum. Patres Cardinales et Episcopi, Ordinaria Dicasterii de Causis Sanctorum in Sessione diei XXI mensis Novembris anno MMXXIII congregati, verum esse in odium fidei martyrium Venerabilis Servi Dei mortem agnoverunt. Nos Ipsi, igitur, die XIV insequentis mensis Decembris, Cardinalem Marcellum Semeraro, Praefectum Dicasterii de Causis Sanctorum, in audientia recipientes, concessimus, ut Decretum super martyrio Venerabilis Servi Dei Iosephi Rossi promulgaretur. Ideo statuimus ut eius Beatificationis ritus in templo Cathedrali, Beatae Mariae Virgini ab Assumptione dicato, die XXVI mensis Maii anno MMXXIV celebraretur.

Hodie igitur Novariae de mandato Nostro Venerabilis Frater Noster Marcellus S.R.E. Cardinalis Semeraro, Praefectus Dicasterii de Causis Sanctorum, textum Litterarum Apostolicarum legit, quibus Nos Venerabilem Servum Dei Iosephum Rossi in Beatorum numerum adscribimus:

Nos, vota Fratris Nostri Francisci Iulii Brambilla, Episcopi Novariensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Dicasterio de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabilis Servus Dei Iosephus Rossi, presbyter dioecesanus, martyr, qui ad instar Christi, boni Pastoris, non metuit vitam suam sacrificare, amanter fidelis gregi sibi commissio manens, Beati nomine in posterum appelletur atque die vicesimo sexto mensis Februarii, quo in caelo ortus est, quotannis in locis et modis iure statutis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuscumque rebus minime obstantibus.

Datum Romae, Laterani, sub anulo Piscatoris, die XXVI mensis Maii, anno MMXXIV, Pontificatus Nostri duodecimo.

*De mandato Summi Pontificis*

PETRUS Card. PAROLIN

*Secretarius Status*

Loco  Plumbi

*In Secret. Status tab., n. 642.062*

## CHIROGRAPHUM

### Pontificia Academia Ecclesiastica reformatur.

Il ministero petrino, nell'operare a vantaggio di tutta la Chiesa, ha sempre manifestato la sua attenzione fraterna alle Chiese locali e ai loro Pastori perché sentissero sempre viva quella comunione di verità e di grazia che il Signore ha posto a fondamento della Sua Chiesa.

Nel costante servizio di portare ai popoli e alle Chiese la vicinanza del Papa, sono punti di riferimento i Rappresentanti Pontifici inviati nelle diverse Nazioni e territori. Sono essi custodi di quella sollecitudine che dal centro si muove verso le periferie, per renderle partecipi dello slancio missionario della Chiesa, per poi farvi ritorno con necessità, riflessioni e aspirazioni. Anche nei momenti in cui sembra che le ombre del male abbiano segnato ogni agire di smarrimento e sfiducia, essi rimangono «l'occhio vigile e lucido del Successore di Pietro sulla Chiesa e sul mondo» (Francesco, *Discorso ai Partecipanti all'Incontro dei Rappresentanti Pontifici*, 17 settembre 2016). Chiamati a far sentire nel Paese in cui sono inviati la presenza del Vescovo di Roma «perpetuo e visibile principio e fondamento dell'unità sia dei Vescovi, sia della moltitudine dei fedeli» (Concilio Vaticano II, Costituzione dogmatica *Lumen gentium*, 23), svolgono un'azione pastorale che ne evidenzia lo spirito sacerdotale, le doti umane e le capacità professionali.

A questa azione, sacerdotale ed evangelizzatrice ad un tempo, posta a servizio delle singole Chiese, la missione affidata ai diplomatici del Papa unisce la rappresentanza presso le Autorità pubbliche. Un compito che manifesta l'effettivo esercizio di quel diritto nativo e indipendente di legazione anch'esso parte dell'ufficio petrino, che nel realizzarsi domanda il rispetto delle regole del diritto internazionale alla base della vita della Comunità delle genti (cfr Codice di Diritto Canonico, can. 362). I nostri giorni mostrano come questo servizio non sia più limitato a quei Paesi dove l'annuncio

della salvezza ha radicato la presenza della Chiesa, ma si realizza anche nei territori in cui essa è comunità nascente; o nei consessi internazionali dove, mediante i suoi rappresentanti, la Sede di Pietro si rende attenta ai dibattiti, ne valuta i contenuti e, alla luce della dimensione etica e religiosa che le è propria, offre una lettura sui grandi temi che coinvolgono l'oggi e il futuro della famiglia umana.

Per adempiere adeguatamente alle proprie funzioni, il diplomatico deve essere costantemente impegnato in un percorso formativo solido e continuativo. Non è sufficiente limitarsi all'acquisizione di conoscenze teoriche, ma è necessario sviluppare un metodo di lavoro e uno stile di vita che gli consentano di comprendere a fondo le dinamiche delle relazioni internazionali e di farsi apprezzare nell'interpretare i traguardi e le difficoltà, che una Chiesa sempre più sinodale deve affrontare. Solo attraverso un'accurata osservazione della realtà in continuo cambiamento e l'adozione di un sano discernimento è possibile attribuire significato agli eventi e proporre azioni concrete. In questo contesto, qualità come la prossimità, l'ascolto attento, la testimonianza, l'approccio fraterno e il dialogo si rivelano fondamentali. Tali qualità devono essere coniugate con l'umiltà e la mitezza, affinché il presbitero e, in modo particolare, il diplomatico pontificio, possa esercitare il dono del sacerdozio ricevuto a immagine di Cristo Buon Pastore (cfr *Mt* 11, 28-30; *Gv* 10, 11-18).

Tutto questo impone oggi una preparazione più adeguata alle esigenze dei tempi di quegli ecclesiastici che, provenienti dalle diverse Diocesi del mondo e avendo già acquisito la formazione nelle scienze sacre e svolto una prima attività pastorale, dopo accurata selezione, si preparano a proseguire la loro missione sacerdotale nel servizio diplomatico della Santa Sede. Non si tratta solo di fornire un'educazione accademica e scientifica con un livello di alta qualificazione, ma di avere cura che la loro sarà un'azione ecclesiale, chiamata al necessario confronto con la realtà del nostro mondo «soprattutto in un tempo come il nostro segnato da veloci, costanti e vistosi cambiamenti nel campo delle scienze e delle tecnologie» (Cost. Ap. *Veritatis Gaudium*, *Proemio*, 5).

Da trecento anni svolge questa peculiare funzione la Pontificia Accademia Ecclesiastica, istituzione che, superando i difficili momenti determinati dalla storia, si è confermata come la “scuola diplomatica della Santa Sede”, formando generazioni di sacerdoti che hanno posto la loro vocazione al servizio dell’ufficio petrino, operando presso le Rappresentanze Pontificie e la Segreteria di Stato. Perché essa possa sempre meglio rispondere alle finalità conferitele, sull’esempio dei miei Predecessori di v.m., ho deciso di aggiornarne la struttura e di approvarne, in forma specifica, il nuovo Statuto, che di questo atto è parte integrante.

Pertanto, costituisco la Pontificia Accademia Ecclesiastica in Istituto *ad instar Facultatis* per lo studio delle Scienze Diplomatiche, andando così ad ampliare il novero delle analoghe Istituzioni previste dalla Cost. Ap. *Veritatis Gaudium* (cfr *Norme Applicative*, 70).

Dotata di personalità giuridica pubblica (cfr *Veritatis Gaudium*, Art. 62 § 3), l’Accademia sarà retta dalle norme comuni o particolari dell’ordinamento canonico, ad essa applicabili, e da altre disposizioni date dalla Santa Sede per le sue istituzioni di educazione superiore (cfr *Ibid.*, *Norme Applicative*, Art. 1 § 1).

Per autorità della Santa Sede (cfr *Veritatis Gaudium*, Artt. 2 e 6; *Norme Applicative*, Art. 1) essa conferirà i gradi accademici di Secondo e Terzo Ciclo in Scienze Diplomatiche.

L’Accademia realizzerà la sua funzione nelle forme più avanzate oggi richieste alla formazione e alla ricerca nel particolare settore disciplinare delle scienze diplomatiche, a cui concorre lo studio delle discipline giuridiche, storiche, politologiche, economiche, quello delle lingue in uso nelle relazioni internazionali e la competenza scientifica. In tale rinnovamento si avrà cura di prevedere che i programmi di insegnamento abbiano una stretta connessione con le discipline ecclesiastiche, con il metodo di lavoro della Curia Romana, con le necessità delle Chiese locali e più ampiamente con l’opera di evangelizzazione, l’azione della Chiesa e la sua relazione con la cultura e la società umana (cfr *Ibid.*, Art. 85; *Norme Applicative*, Art. 4). Sono questi, infatti, altrettanti elementi costitutivi dell’azione diplomatica



della Sede Apostolica e della sua capacità di operare, mediare, superare barriere e così sviluppare percorsi concreti di dialogo e negoziato per garantire la pace, la libertà di religione per ogni credente e l'ordine tra le Nazioni.

Inoltre, dispongo che a motivo della sua natura di Istituzione accademica designata alla peculiare formazione dei diplomatici pontifici e per le finalità dei suoi programmi di istruzione e ricerca, la Pontificia Accademia Ecclesiastica sia, ad ogni effetto, parte integrante della Segreteria di Stato, nel cui ambito essa opera e nella cui struttura è inquadrata a titolo speciale (cfr Cost. Ap. *Praedicate Evangelium*, Art. 52 § 2).

A quanto è stabilito con il presente Chirografo, è dato immediato, pieno e stabile valore, nonostante qualsiasi disposizione contraria, pur meritevole di speciale menzione.

*Dato a Roma, presso San Pietro, il 25 marzo dell'anno 2025*

*Solennità dell'Annunciazione del Signore, tredicesimo del Pontificato.*

FRANCESCO

## HOMILIAE

### I

#### **In Iubilaeo Aegrotantium et publicae Sanitatis provinciae.\***

*[Omelia preparata dal Santo Padre e pronunciata da S.E. Mons. Rino Fisichella, che ha presieduto la Santa Messa]*

«Ecco, io faccio una cosa nuova: proprio ora germoglia, non ve ne accorgete?». <sup>1</sup> Sono le parole che Dio, attraverso il profeta Isaia, rivolge al popolo d'Israele in esilio a Babilonia. Per gli Israeliti è un momento difficile, sembra che tutto sia andato perduto. Gerusalemme è stata conquistata e devastata dai soldati del re Nabucodonosor II e al popolo, deportato, non è rimasto nulla. L'orizzonte appare chiuso, il futuro oscuro, ogni speranza vanificata. Tutto potrebbe indurre gli esuli a lasciarsi andare, a rassegnarsi amaramente, a sentirsi non più benedetti da Dio.

Eppure, proprio in questo contesto, l'invito del Signore è a cogliere qualcosa di nuovo che sta nascendo. Non una cosa che avverrà in futuro, ma che già accade, che sta spuntando come un germoglio. Di che si tratta? Cosa può nascere, anzi cosa può essere già germogliato in un panorama desolato e disperato come questo?

Quello che sta nascendo è un popolo nuovo. Un popolo che, crollate le false sicurezze del passato, ha scoperto ciò che è essenziale: restare uniti e camminare insieme nella luce del Signore. <sup>2</sup> Un popolo che potrà ricostruire Gerusalemme perché, lontano dalla Città santa, con il tempio ormai distrutto, senza più poter celebrare solenni liturgie, ha imparato a incontrare il Signore in un altro modo: nella conversione del cuore, <sup>3</sup> nel praticare il

\* Die 6 Aprilis 2025.

<sup>1</sup> Is 43, 19.

<sup>2</sup> Cfr Is 2, 5.

<sup>3</sup> Cfr Ger 4, 4.

diritto e la giustizia, nel prendersi cura di chi è povero e bisognoso,<sup>4</sup> nelle opere di misericordia.

È lo stesso messaggio che, in modo diverso, possiamo cogliere anche nel brano del Vangelo.<sup>5</sup> Pure qui c'è una persona, una donna, la cui vita è distrutta: non da un esilio geografico, ma da una condanna morale. È una peccatrice, e perciò lontana dalla legge e condannata all'ostracismo e alla morte. Anche per lei sembra non ci sia più speranza. Ma Dio non l'abbandona. Anzi, proprio quando già i suoi aguzzini stringono le pietre nelle mani, proprio lì, Gesù entra nella sua vita, la difende e la sottrae alla loro violenza, dandole la possibilità di cominciare un'esistenza nuova: «Va'» – le dice – “sei libera”, “sei salva”.<sup>6</sup>

Con questi racconti drammatici e commoventi, la liturgia ci invita oggi a rinnovare, nel cammino Quaresimale, la fiducia in Dio, che è sempre presente vicino a noi per salvarci. Non c'è esilio, né violenza, né peccato, né alcun'altra realtà della vita che possa impedirgli di stare alla nostra porta e di bussare, pronto ad entrare non appena glielo permettiamo.<sup>7</sup> Anzi, specialmente quando le prove si fanno più dure, la sua grazia e il suo amore ci stringono ancora più forte per risollevarci.

Sorelle e fratelli, noi leggiamo questi testi mentre celebriamo il Giubileo degli ammalati e del mondo della sanità, e certamente la malattia è una delle prove più difficili e dure della vita, in cui tocchiamo con mano quanto siamo fragili. Essa può arrivare a farci sentire come il popolo in esilio, o come la donna del Vangelo: privi di speranza per il futuro. Ma non è così. Anche in questi momenti, Dio non ci lascia soli e, se ci abbandoniamo a Lui, proprio là dove le nostre forze vengono meno, possiamo sperimentare la consolazione della sua presenza. Egli stesso, fatto uomo, ha voluto condividere in tutto la nostra debolezza<sup>8</sup> e sa bene che cos'è il patire.<sup>9</sup> Perciò a Lui possiamo dire e affidare il nostro dolore, sicuri di trovare compassione, vicinanza e tenerezza.

<sup>4</sup> Cfr *Ger* 22, 3.

<sup>5</sup> Cfr *Gv* 8, 1-11.

<sup>6</sup> Cfr v. 11.

<sup>7</sup> Cfr *Ap* 3, 20.

<sup>8</sup> Cfr *Fil* 2, 6-8.

<sup>9</sup> Cfr *Is* 53, 3.

Ma non solo. Nel suo amore fiducioso, infatti, Egli ci coinvolge perché possiamo diventare a nostra volta, gli uni per gli altri, “angeli”, messaggeri della sua presenza, al punto che spesso, sia per chi soffre sia per chi assiste, il letto di un malato si può trasformare in un “luogo santo” di salvezza e di redenzione.

Cari medici, infermieri e membri del personale sanitario, mentre vi prendete cura dei vostri pazienti, specialmente dei più fragili, il Signore vi offre l’opportunità di rinnovare continuamente la vostra vita, nutrendola di gratitudine, di misericordia, di speranza.<sup>10</sup> Vi chiama a illuminarla con l’umile consapevolezza che nulla è scontato e che tutto è dono di Dio; ad alimentarla con quell’umanità che si sperimenta quando, lasciate cadere le apparenze, resta ciò che conta: i piccoli e grandi gesti dell’amore. Permettete che la presenza dei malati entri come un dono nella vostra esistenza, per guarire il vostro cuore, purificandolo da tutto ciò che non è carità e riscaldandolo con il fuoco ardente e dolce della compassione.

Con voi, poi, carissimi fratelli e sorelle malati, in questo momento della mia vita condivido molto: l’esperienza dell’infermità, di sentirci deboli, di dipendere dagli altri in tante cose, di aver bisogno di sostegno. Non è sempre facile, però è una scuola in cui impariamo ogni giorno ad amare e a lasciarci amare, senza pretendere e senza respingere, senza rimpiangere e senza disperare, grati a Dio e ai fratelli per il bene che riceviamo, abbandonati e fiduciosi per quello che ancora deve venire. La camera dell’ospedale e il letto dell’infermità possono essere luoghi in cui sentire la voce del Signore che dice anche a noi: «Ecco, io faccio una cosa nuova: proprio ora germoglia, non ve ne accorgete?». <sup>11</sup> E così rinnovare e rafforzare la fede.

Benedetto XVI – che ci ha dato una bellissima testimonianza di serenità nel tempo della sua malattia – ha scritto che «la misura dell’umanità si determina essenzialmente nel rapporto con la sofferenza» e che «una società che non riesce ad accettare i sofferenti [...] è una società crudele e

<sup>10</sup> Cfr Bolla *Spes non confundit*, 11.

<sup>11</sup> *Is* 43, 19.

disumana».<sup>12</sup> È vero: affrontare insieme la sofferenza ci rende più umani e condividere il dolore è una tappa importante di ogni cammino di santità.

Carissimi, non releghiamo chi è fragile lontano dalla nostra vita, come purtroppo oggi a volte fa un certo tipo di mentalità, non ostracizziamo il dolore dai nostri ambienti. Facciamone piuttosto un'occasione per crescere insieme, per coltivare la speranza grazie all'amore che per primo Dio ha riversato nei nostri cuori<sup>13</sup> e che, al di là di tutto, è ciò che rimane per sempre.<sup>14</sup>

<sup>12</sup> Lett. enc. *Spe salvi*, 38.

<sup>13</sup> Cfr *Rm* 5, 5.

<sup>14</sup> Cfr *1 Cor* 13, 8-10.13.

## II

**In celebratione Dominicæ in Palmis de Passione Domini.\***

[*Omelia preparata dal Santo Padre e pronunciata dall'Em.mo Card. Leonardo Sandri, che ha presieduto la Santa Messa*]

«Benedetto colui che viene, il re, nel nome del Signore».<sup>1</sup> È così che la folla acclama Gesù, mentre entra in Gerusalemme. Il Messia passa dalla porta della città santa, spalancata per accogliere Colui che pochi giorni dopo ne uscirà maledetto e condannato, carico della croce.

Oggi anche noi abbiamo seguito Gesù, prima con un corteo festoso e poi su una via dolorosa, inaugurando la Settimana Santa che ci prepara a celebrare la passione, morte e risurrezione del Signore.

Mentre guardiamo, tra la folla, i volti dei soldati e le lacrime delle donne, la nostra attenzione viene attirata da uno sconosciuto, il cui nome entra nel Vangelo all'improvviso: Simone di Cirene. Quest'uomo viene preso dai soldati, che «gli misero addosso la croce, da portare dietro a Gesù».<sup>2</sup> Arrivava in quel momento dalla campagna, passava di là, e si è imbattuto in una vicenda che lo travolge, come il pesante legno sulle sue spalle.

Mentre siamo in cammino verso il Calvario, riflettiamo un momento sul *gesto* di Simone, cerchiamo il suo *cuore*, seguiamo il suo *passo* accanto a Gesù.

Anzitutto il suo *gesto*, che è così ambivalente. Da un lato, infatti, il Cireneo viene obbligato a portare la croce: non aiuta Gesù per convinzione, ma per costrizione. Dall'altro, egli si trova a partecipare in prima persona alla passione del Signore. La croce di Gesù diventa la croce di Simone. Non però di quel Simone detto Pietro che aveva promesso di seguire sempre il Maestro. Quel Simone è scomparso nella notte del tradimento, dopo aver proclamato: «Signore, con te sono pronto ad andare anche in prigione e

\* Die 13 Aprilis 2025.

<sup>1</sup> Lc 19, 38.

<sup>2</sup> Lc 23, 26.

alla morte». <sup>3</sup> Dietro a Gesù non cammina ora il discepolo, ma questo cireneo. Eppure il Maestro aveva insegnato chiaramente: «Se qualcuno vuole venire dietro a me, rinneghi se stesso, prenda la sua croce ogni giorno e mi segua». <sup>4</sup> Simone di Galilea dice, ma non fa. Simone di Cirene fa, ma non dice: tra lui e Gesù non c'è alcun dialogo, non viene pronunciata una parola. Tra lui e Gesù c'è solo il legno della croce.

Per sapere se il Cireneo ha soccorso o detestato l'esausto Gesù, col quale deve spartire la pena, per capire se porta o sopporta la croce, dobbiamo guardare al suo *cuore*. Mentre sta per aprirsi il cuore di Dio, trafitto da un dolore che rivela la sua misericordia, il cuore dell'uomo resta chiuso. Non sappiamo cosa abiti nel cuore del Cireneo. Mettiamoci nei suoi panni: sentiamo rabbia o pietà, tristezza o fastidio? Se ricordiamo che cosa ha fatto Simone per Gesù, ricordiamo pure che cosa ha fatto Gesù per Simone – come per me, per te, per ognuno di noi –: ha redento il mondo. La croce di legno, che il Cireneo sopporta, è quella di Cristo, che porta il peccato di tutti gli uomini. Lo porta per amore nostro, in obbedienza al Padre, <sup>5</sup> soffrendo con noi e per noi. È proprio questo il modo, inatteso e sconvolgente, col quale il Cireneo viene coinvolto nella storia della salvezza, dove nessuno è straniero, nessuno è estraneo.

Seguiamo allora il *passo* di Simone, perché ci insegna che Gesù viene incontro a tutti, in qualsiasi situazione. Quando vediamo la moltitudine di uomini e donne che odio e violenza gettano sulla via del Calvario, ricordiamoci che Dio trasforma questa via in luogo di redenzione, perché l'ha percorsa dando la sua vita per noi. Quanti cirenei portano la croce di Cristo! Li riconosciamo? Vediamo il Signore nei loro volti, straziati dalla guerra e dalla miseria? Davanti all'atroce ingiustizia del male, portare la croce di Cristo non è mai vano, anzi, è la maniera più concreta di condividere il suo amore salvifico.

La passione di Gesù diventa compassione quando tendiamo la mano a chi non ce la fa più, quando solleviamo chi è caduto, quando abbracciamo

<sup>3</sup> Lc 22, 33.

<sup>4</sup> Lc 9, 23.

<sup>5</sup> Cfr Lc 22, 42.

chi è sconsolato. Fratelli, sorelle, per sperimentare questo grande miracolo della misericordia, scegliamo lungo la Settimana Santa come portare la croce: non al collo, ma nel cuore. Non solo la nostra, ma anche quella di chi soffre accanto a noi; magari di quella persona sconosciuta che il caso – ma è proprio un caso? – ci ha fatto incontrare. Prepariamoci alla Pasqua del Signore diventando cirenei gli uni per gli altri.



## III

## In Sancta Missa Chrismatis.\*

[*Omelia preparata dal Santo Padre e pronunciata dall'Em.mo Card. Domenico Calcagno, che ha presieduto la Santa Messa*]

*Carissimi Vescovi e sacerdoti,  
cari fratelli e sorelle!*

«L'Alfa e l'Omega, Colui che è, che era e che viene, l'Onnipotente»<sup>1</sup> è Gesù. Proprio il Gesù che Luca ci descrive nella sinagoga di Nazaret, tra coloro che lo conoscono fin da bambino e ora si stupiscono di Lui. La rivelazione – “apocalisse” – si offre nei limiti del tempo e dello spazio: ha la carne come cardine che sostiene la speranza. La carne di Gesù e la nostra. L'ultimo libro della Bibbia racconta questa speranza. Lo fa in modo originale, sciogliendo tutte le paure apocalittiche al sole dell'amore crocifisso. In Gesù si apre il libro della storia e lo si può leggere.

